DE
TRIBUS CARMINIBUS THEOTISCIS

COMMENTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CUM VITEBERGENSI

CONSOCIATA

SUMMORUM IN PHILOSOPHIA HONORUM

RITE IMPETRANDORUM CAUSA

DIE XIV. MENSIS DECEMBRIS A. MDCCCLXI.

UNA CUM SENTENTIIS PROPOSITIS

PUBLICE DEFENDET

ALBERTUS GOMBERT

UCROMARCHUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCEPERUNT

GUILELMUS STUDEMUND STUD. PHIL.

HERMANNUS FISCHER STUD. PHIL.

HALIS SAXONUM.

FORMIS PLÖTZIANIS.

PATRI

OPTIMO BENIGNISSIMO

S.

DE TRIBUS CARMINIBUS THEOTISCIS

COMMENTATIO PHILOLOGICA.

K. A. Hahnius inter carmina quae plus viginti annis abhinc edidit duodecimi et tertii decimi p. Chr. n. seculi habet infantiam Christi quam vulgo ferunt inde a pagina 67 ad 102 usque. condidisse id carmen putatur Conradus de Fuozesbrunnen ut qui ipse se nuncupet p. 102 v. 62 sqq.

Inde a pagina 103 ad 128 usque sequitur carmen de Christi resurrectione et descensu ad inferos. quis autem condiderit non dicitur, atque ob eam rem interrogatum est utrum hoc carmen eandem haberet originem quam infantia necne.

Tertium carmen ad hanc quaestionem summo iure adhibitum est de assumptione Mariae scriptum, editumque a Fr. Pfeiffero in Hauptii diarii tomo octavo inde a pagina 156. scriptorem se fert vv. 20 sq. Conradus de Heimesfürte.

Pfeifferus assumptionem et resurrectionem ab eodem poeta compositas esse putat nec quae ad probandam hanc sententiam profert plane abicienda sunt, quamvis argumenti certi non nimis in iis insit. sed moverunt Guilelmum Wackernagelium, ut qui ipse infantiam et resurrectionem unius esse putaret poetae, eidem ille assumptionem adscriberet (hist. lit. p. 162). difffcultatem inde coortam quod nomina scriptorum tradita habemus duo eaque non eadem subtilius quam veri similius dissolvere conatur. cf. infra de ea re.

Guilelmus Grimmius in historia assonantiae inter carmina Conradi de Fuozesbrunnen passim numerat resurrectionem argumento addito nullo, assumptionem autem inde seiungit claris verbis (acad. Berol. 1851 p. 536) propter elocutionis discrepantiam. aliquam partem cum eo facere videtur Jacobus frater qui in mythologiae p. 871 locum laudat *der wunne garte* Fuozesbr.

126. 27. qui est resurrectionis locus. de assumptione nihil addidit scilicet anno 1844.

Quum ita discreparent viri docti utrum Conrado de Fuozesbrunnen tria aut duo carmina aut unam infantiam adscriberent, nihil reliquum erat nisi ut veniret qui etiam infantiam a Conrado de Fuozesbrunnen conditam esse negaret.

Et venit Julius Feifalik cum infantia secundum novum codicem denuo edita qui codex non exhibet locum unde ad id usque tempus nomen Conradi de Fuozesbrunnen petitum erat. codicem autem eum quum putet Feifalikus esse antiquissimum et optimum, Conrado infantiam falso imputatam esse dicit.

Res fert ut, priusquam ad comparanda tria carmina accedamus, antea de infantia sola et de Feifaliki opinione disputemus.

Tres libri nobis servaverunt infantiam de quibus Feifalikus in editionis suae praefatione inde a pagina VI disputavit. librorum appellatione utimur eadem qua Feifalikus ita ut codicem nuper inventum A, eum quo Hahnius usus est B, Lassbergi C appellemus, itidem fragmenta a Leysero et Dronkio inventa D et E. Atque codicem quidem C varie interpolatum et corruptum esse facile fuit ad intellegendum vel ex lectionibus quas Hahnius suae editionis inde a pagina 137 addidit nec quisquam aliud putavit. inventus igitur codex A cum B tantum comparandus erat, ut cerneretur uter maiorem auctoritatem haberet. hanc curam male gessisse videtur Feifalikus qui codicem A initio seculi tertii decimi fortasse vel sub finem duodecimi scriptum putans eundem optimum et incorruptum edendae infantiae fundamentum esse dicit. sed paucis videtur persuasisse. iam Bartschius in Pfeifferi Germaniae tomo quinto inde a pagina 247 comparatis duorum codicum permultis locis Feifalikum ea re vehementer errasse probat, quod codicem A antiquissimum et integrum esse duceret.

Iam non alienum erit aliquot locos codicum A et B comparare

B. 68. 27 sqq. Hahn	A. 27 sqq. Feif.
alsô troeste ich mich ze gewinne	*alsô troeste ich mir ze stiuwer*
des heiligen geistes minne.	*komen des heilegen geistes fiuwer,*
daz sî mir ze staten komen:	*daz sîn heilege minne*
wan ich vil dicke hân vernomen	*enzünde mîne sinne*
	unde mir ze staten kome.
	wan wir dicke hân vernomen.

In B omnia bene procedunt, non in A. ac primum quidem de *troeste* pro *troeste mich* nihil dico, quum ex sequenti *mir* sub-

audiri possit *mich,* neque urgeo accusativum cum infinitivo quamquam gr. 4. 118 sq. monemur ne incauti saepe eum esse fingamus. sed languida est et vix tolerabilis haec repetitio *mir ze stiuwer komen — mir ze staten kome* nec assonantiam *kome: vernomen* Conrado dignam putamus.

68. 43 sq. Hahn — 45 sq. Feif.

daz wir vor allen dingen
nâch dînem rîche ringen — *nâch dînen genâden r.*

certis et claris verbis laudatur locus ev. Matth. 6. 33., 'quaerite vero primum regnum caelorum', Conradus autem verba scripturae sacrae accurate vertere solet; *genâden* ergo a librario minus docto pro *rîche* positum putamus.

68. 10 Hahn — 77 Feif.

sô irret mich diu gwoneheit — *nu irret mich diu ungewonheit.*

salvo intellectu utrumque dici potest aliud cum alia sententiae deflexione. sed codex A exhibet versum horridum, qui minime placet legenti aut *nu irret mich diu úngwonheit* aut *nu irrt mich diu úngewónheit.* priorem lectionem voluisse videtur Feifalikus. cf. autem Lachm. ad Iw. 137.

68. 25 Hahn — 90 Feif.

daz der mit dirre werde rât (: hât) — *daz der dise spreche mat.*

de mala assonantia *hât: mat* quam exhibet A licet dubitare, nam in carmine Austriaco (v. de ea re infra) eius modi assonantiae ferendae sunt: tamen haec ipsa — *ât: at* in infantiae codice B nunquam invenitur, A fereter exhibet in locis vel propter alias res suspectis. sic codicis B lectionem probamus. *dise* typorum mendum esse putamus pro *disiu.*

68. 45 Hahn — 110 Feif.

gelîches namen Marîe — *gelîche Marîe*

Feifalikus qui verbo *Marîe* duo ictus dat, debuit scribere *Mârîe.* sed quum duas priores huius vocabuli sillabas pariter ictum habere neque in infantia (cf. 69. 54. 83; 71. 47; 73. 31; 74. 54) neque in ullo alio carmine invenerimus, lectionem codicis B probamus.

68. 61 Hahn — 126 Feif.

si was ot saelec genuoc. — *si was wîs unde kluoc.*

quomodo lectio codicis A in B depravari potuerit non facile intellego, quoniam in A librarium certe nihil offendere poterat. sed in B potuit offendere librarium multo tempore post viventem particula *ot* (quam etiam infra 101. 50 delevit A) et fortasse *genuoc* sensu ethico quod prosae orationi magis assimulare voluit. Nunc de loco 68. 74—82. 54 Hahn disputandum erit quem co-

dex A unus omittit et quem Feifalikus in alios codices BCD interpolatione venisse opinatur.

Poeta noster partem rerum quas narraturus erat iam ab alio poeta magistro Henrico descriptas invenit atque ob eam rem de Anna Mariae matre, de Mariae ipsius nativitate educatione sponsione tacens orationem inde a sponsione facta incipit. hoc habemus in BC nec aliter esse in D veri simile est. A autem omnia etiam quae sequuntur omittit ad iter usque Aegyptiacum, transitus vero ad id tam duris versibus factus est ut iam Bartschius l. l. p. 249 sq. eos spurios esse cognosceret. e quibus recte castigati sunt v. 133 *zorn* (dativus): *geborn*; v. 137 *vârn:bewarn*; v. 149 *stat:hât*, in primis v. 135 *begunde under des* tribus tantum pedibus procedens. quibus addi potest versum 139 *swer des irre var* satis brevem male cum longissimo et durissimo *der nem sîn anme êrsten getihte war* coniungi.

Praeterea quae Feifalikus ad probandam codicis A auctoritatem profert futilia prorsus atque inania esse videntur. putat enim carmen magistri Henrici exilissimum fuisse, nisi in eo de divina Christi nativitate dictum esset, hoc enim ex Mariae vita maxime memoratu dignum esse, quod mirabili modo Christum pepererit. quid? si in descriptione vitae Mariae bene de divino eius partu dicitur, num eadem res in carmine de infantia Christi non commemoranda est? aut quis unquam carmen condens de Christi infantia omittet ea quae antecedunt iter Aegyptiacum?

Causam autem qua motus Feifaliki librarius tantam narrationis partem deleverit facile videmus viditque eam vel ipse Feifalikus in praefationis pagina X, sed de industria videre noluit. versus enim 141. sq.

swer des irre var
der nem sîn anme êrsten getihte war

clarissime ad Werinheri carmen quod in codice A infantiam praecedit spectare videntur. neque enim intellegere possum cur aut quo iure librarius carmen magistri Henrici appellaverit carmen primum.

Nobis magister Henricus plane ignotus est nec scio unde Feifalikus (praef. ad carmen Werinheri p. XXIV) eius carmen paulo ante Werinheri Mariam conditum esse compererit. non est sane cur non post Werinherum scripserit: sed piget de rebus disputare de quibus sciri nihil potest.

Aliud est quod Feifalikus partem carminis quam diximus a codice A recte omissam putat propter orationis in primis ver-

suum habitum (praef. p. XV. sq.). habet haec res aliquid probabilatis movitque Bartschium (Pfeiff. Germ 1. 1.) ut aliquantulum Feifaliko concederet. defensis enim aut emendatis nonnullis locis quos Feifalikus vituperaverat, satis multa Bartschio restare videbantur quae a Conradi arte plane abhorrerent.

In eo numero habet 1) *man: wolgetân* 69. 11: *verstân* 76, 70, *naht: brâht* 71. 48; sed talia etiam postea in infantia inveniuntur *terrâz: vergaz* 98. 57. *sîten: quîten* 85. 62. praeterea si veri simile est Conradum Austriacum esse, non habemus cur tales assonantias miremur apud Wolframum, in Nibelungiade al. saepissime inventas. gr. 1³206.

2) *man: benam* 69. 81; *nam: dan* 70. 26; *sun: gencium* 81. 4. sed ipse Bartschius simili infra invenit *sun: Êgiptum* 82. 59.: *Jêsum* 98. 64. addo 99. 33.

3) *sî* acc. sg. f. pro *sie, sî: Zelônî* 76. 37; 77. 67. — quid autem in eo insit suspiciosi non video. nam quamquam 73. 58. habemus *sie* (acc. sg. f.): *lie*, tamen in ea re nihil inest cur nostro loco formam *sî* improbemus. nam vel optimos poetas modo hanc modo illam formam pro eodem pronominis casu usurpasse iam ex gr. 1. 787 diu notum est. praeterea in reliqua carminis nostri parte quam pariter habent BA neque *sî* neque *sie* pro acc. sg. exhibent assonantiae, vix ut dici possit, utrum magis cum nostri poetae arte congruat. (nom. pl. *sie: hie* 93. 66.)

4) *geoffenôt: tôt.* — concedimus hoc unum in infantia esse participium praeteriti desinens in-*ôt.* tamen hunc versum propter ea spurium esse nego. ceterum inveniri hanc formam passim apud poetas tertii decimi seculi satis notum est. cf. G. Grimmii praef. ad. Vrîd CXXVII.; id. ad Vrîd. acad. Berol. 1849. p. 375. sqq.

5) versus latinos 73. 80; 78. 47; 79. 23; 79. 85; 80. 63; 81. 4. — rarius certe infra inveniuntur versus latini, sed inveniuntur 84. 68; 97. 25.

Versus latinos ad ornandam poesin sacram saepissime adhibuerunt poetae in primis seculi duodecimi. eum usum sequitur Conradus in ea parte carminis quae cum narratione evangeliorum canonicorum congruit atque ob eam rem multum habet sacri. inde ab itinire Aegyptiaco infantia fere omnino deflectit in indolem carminis aulici cui tot versus latini bene admisceri non potuerunt.

6) *ist: gihst* 75. 6. non sine causa a Feifaliko et Bartschio vituperata est haec assonantia impura; sed cavendum est ne

propter eam unam privemus carmen nostrum magna et necessaria parte. neque id vult Bartschius. fingit enim partem quam diximus iam ante Conradum scriptam sed a Conrado politam atque ita in suum ipsius carmen receptam esse, remansisse autem non nullas versuum duritias.

fieri id potuisse quis est qui neget, tamen habere videtur haec sententia nimium aërei, quam quod probare possimus.

Sed parti illi multa cum reliqua infantia esse communia Bartschium ipsum non fugit in quo numero in primis ponit multitudinem assonantiarum tangentium. inveniuntur in infantia *gwoneheit: üppecheit* 68. 10. *gezogen: herzogen* 68. 48. iam sequuntur quas Bartschius enumeravit (quibus addo *gelîchen: êweclîchen* 76 69; 79. 20 *gotheit: menscheit* 82. 18.) — praeterea *nam: vernam* 82. 65. *griulich: vreislich* 83. 3; *bern: enbern* 83. 31; *gelîch: grimmelîch* 83. 43; *in: în* (praep-adv) 84. 61; *zeichen: wortzeichen* 84. 68; *geviel: viel* 83. 53; *gewar: enwar* 83. 57; *gemaches: gemaches* (subst-verb) 87. 84; *bat: bat* (subst-verb) 88. 1; *minneclîche: kintlîche* 88. 29; *undertân: getân* 90. '57; *wê: owê* 92. 52; *deheime: heime* 94. 44; *tranc: getranc* 95. 28; *sage: sage* (subst-verb) 97. 46; *waere: gewaere* 98. 22; *rinnen: entrinnen* 99. 13; *alsus: Jêsus* 99. 69; *sun: Jêsum* 98. 64; 99. 33; *berc: geberc* 100. 24.

Nec desunt alia quae huc referri possint:

libentissime a poeta ponitur per totam infantiam adiectivum *kreftic. ein kreftigez magen* 78. 59; *ein kreftic zeichen* 80. 87; 91. 13; *kreftic lieht* 81. 35; *kreftic guot* 81. 46; *kreftic velt unde hart* 82. 74; *kreftic luoc* 83. 2; *ein kreftic wunder* 98. 83.

after wege 69. 44; 80. 48; 81. 76; 82. 2; 87. 50; 89. 41.

der grimme tôt 71. 64; 93. 16. — *der gemeine tôt* 78. 20; 91. 47.

der wâre gotes segen 80. 66; *der wâre gotes sun* 81. 4; *der wâre gotes slac* 91. 17.

herhaft unde mit schar 79. 57; cf. *reht en hers wîse* 101. 15.

altherre Josephus appelatur 81. 1; 87. 73.

gelogen sünde 74. 28. cf. *mit gelogen maeren* 85. 22.

sich verkunnen 70. 63; 86. 17. cf. Ben. ad. Iw. 768, Lachm. ad 7370.

ditz was ouch wunderlîch genuoc 70. 57; *ditz was wunder-*

lîch genuoc 101. 62. cf. *daz was griwelîch genuoc* 82. 45; *si was ot saelec genuoc* 68. 61. *nu was ir leide genuoc* 92. 33.

diu rede dâ mit ein ende nam 70. 26; 101. 40. *do ditz alsô ergangen was* 70. 50; *do ditz ergangen was alsô* 94. 27. (hanc enim lectionem codicis E probamus, cf. quae habet A)

vernemt ander diech iu sage 69. 57; cf. *nu vernemt ein ander maere* 101. 70; *nu geschach — ein kreftic wunder deich iu sage* 98. 83; *noch mê wunders ich in sage* 83. 67; *nu wil i'u me künden* 80. 15.

Iam propter haec veri simile erit infantiam quam habemus in BC ab uno poeta conditam esse; sed accedit res quae etiam magis id probat. invenimus enim infantiam saepissime e carminibus Hartmanni de Ouwe pendere cuius rei exempla affero haec.

Dâvîd endorft nicht mêre *ob Saule und Jônâthâ klagen* *die ze Gelbôê wurdn erslagen* 71. 57. sqq.	*Ouch entrûrte Dâvît* *nihtes mêre zuo der zît* *dô im kômen maere* *daz erslagen waere* *Saul unde Jônathas* Greg 2455 sqq.
wan sî sich wol des enstuont *alsô diu wîp von rehte tuont* *daz ir zît nâhen waere* 76. 8. sqq.	*daz sich diu frouwe entstuont,* *sô diu wîp vil schiere tuont,* *daz sî swanger waere* Greg 234 sqq.
darnâch in sînen jâren zwein 81. 34.	*dar nâch in den jâren drin* Greg 1013.
diu missemüete gesellescha ft 83. 47.	*diu missemüete gesellescha ft* Greg 2484.
ûf âventiure gewin 85. 45.	*ûf der âventiure gewin* Er. 8397.
unnôtic unde rîche 85. 52.	*unnôtic wart er gar* *man tet in alsô rîche* Er. 1832 sq.
— guote. *nû wil ich ir muote* *volziehen dar an* 85. 84.	*sô mac sî mit dem guote* *volziehen dem muote* Greg 447 sqq. cf. Iw. 2907.
daz nie von wîbe quaeme *ein kint sô genaeme* 88. 17 sq.	*daz nie zer werlte quaeme* *ein kind alsô genaeme* Greg 509 sqq. cf. Erec 9833.
ouch wâren in der wîse lût *diu vogele daz berc unt tal* *in gelîchem galme wider hal* 88. 48 sqq.	*ir stimme gap hinwidere* *mit gelichem galme der walt* Iw 618 sq. *der widergelt*

den ir der walt ûz an daz velt
mit gelîchem galme bôt
Erec 5749 sqq. cf. id 7422 sq.

si begunde ir leit enblanden
den ougen und den handen
an ir selber sî sich rach.
als ein tobundez wîp sî brach
daz hâr ûz der swarte
92. 34 sqq.

daz hâr sî vaste ûz brach
an ir lîbe sî sich rash
nâch wîplichem site;
wan hie rechent sî sich mite:
swaz in ze leide geschiht
dâ wider tuont die guoten niht
wan daz siz phlegent enblanden
ougen unde handen
Erec 5759 sqq.

(eosdem Hartmanni versus imitatus est Fleckius in Florii vv. 454—464 id quod Sommerus animadvertisse non videtur cf. ad 2302. 2743)

jenez ein slac, daz eine ein stich
92. 45.

hie slac, dâ stich
Iw. 3734.

A habet *hie ein slac dâ ein stich* id quod loco Harmanniano magis etiam respondet. quum praeter hoc in carminis cui inscriptum est Passionale editi ab Hahnio pagina 41. v. 26 legatur *hie ein slac, dâ ein stich* [cf. infra de ea re]; non dubitamus hoc loco lectionem codicis A probabiliorem habere.

der wirt was sîner geste vrô
94. 74.

diu vrouwe was des gastes vrô
Greg 1710. cf. Erec 4579 Iw 266.

von zame und von wilde
swaz in walt od in gevilde
in lufte oder in unde
ieman erdenken kunde
des was alles dâ die kraft
96. 2. sqq.

swaz doch der (sc: der tiere) dehein man
in sînem muote erdenken kan
in walde ode an gevilde
zam oder wilde
Erec 7601 sqq. cf. id 386 sqq. 6165 sqq.

Inter hos locos quos modo enumeravi forsitan complures sint qui sine ulla imitatione in Conradi carmen venerint: in multis autem imitationem manifesto deprehendimus pertinetque ea maximam partem ad Ereckium et Gregorium, Iweinus semel tantum [92. 45] spoliatus esse videtur, sed ne hunc quidem locum ex ipso Iweino desumptum esse affirmaverimus. cf. infra. nec id multum ad rem pertinet. nunc enim satis habemus demonstrasse carmen nostrum Gregorio inferiorem esse eumque et Ereckium Conrado saepissime scribendi exemplar ac regulam fuisse. videmus etiam imitationem non minus ad eam partem infantiae pertinere quam Feifalikus non habet, quam ad reliquam. quid ergo? nonne eam partem priorem etiam post Gre-

gorium scriptam esse concedent Feifalikus et Bartschius? an Feifalikus non Conradum Hartmanni, sed Hartmannum Conradi imitatorem vult esse? aut Bartschius carmen cuius scriptor Hartmannum sequatur bene scribendi auctorem, tam rude putat atque adeo sine arte compositum esse posse, ut vel Conradus de Fuozesbrunnen obsoleti sermonis ac situs maculas, quamquam voluerit emendare, tamen non potuerit?

Sed mittamus haec neve dubitemus partem illam carminis falso suspectam denuo ac merito probare; probata autem ea parte quae iam est auctoritas codicis A qui eam partem omnino non habet? hoc est quod locis fuse laudatis voluerimus persuadere codicem A non integrum ac certum sed multifariam et gravissime corruptum esse et carminis nostri recensendi atque edendi copiam petendam esse ex codice B. Tamen ne illum quidem prorsus integrum atque incorruptum esse unquam dixerim: nam praeter quam quod plus semel vera lectio ex A petenda est vel etiam ex C, locum p. 68. Hahn, quo loco A discedit a B, integrum nobis traditum esse vix putaverim.

Nam postea quam Hahn 68. 26. sqq. de Mariae ortu et vita ad sponsionem usque quidquam se narraturum esse negavit poeta, quoniam iam magister Henricus de iis rebus dixerit, non bene pergit:

wie ez sît darzuo kam
daz sî Jôsêben genam
daz verswîge ich hie durch einen list
wand ez vor mir getihtet ist.

quid? nonne propter eandem causam priorem partem vitae Mariae narrarae noluit poeta? cur non simpliciter pergit non repetita eadem causa?

Aliud est in codice A. hic per longam transitionem venitur ad iter Aegyptiacum cuius transitionis finis contra initium non pugnat. sed in A magnam carminis partem a librario omissam esse supra vidimus. Ergo hoc loco neque A neque B poetae verba incorrupta tradidisse videntur. medicina mea quidem sententia ex codice C petenda est qui post Hahn 68. 61 habens

wie ez sît dar zuo kam
daz si Jôsêben genam
daz sul wir ouch wizzen lân

inde satis multis verbis narrat quomodo Maria in Josephi tutelam tradita sit. in ipsis eius narrationis verbis nihil inest quod cum sermone nostri carminis pugnet deletis videlicet quae sunt

librarii postmodo nati propria. praeterea haec narratio cum iis quae sequuntur in A et B, bene congruit, non ea quae habemus in B. nam ex verbis codicis B 68. 63. 77 concludi licet Mariam a Josepho uxorem ductam esse [id quod certis verbis exprimit codex A *daz si Jôsêph ze konen nam* v. 128 Feif.]; sed ita non se habuisse rem probatur iis quae sequuntur p. 69 sq. praesertim 73. 36 sq.

dem anders niht wan durch bewarn
disiu vrowe bevolhen wart cf. id. 58 sq.

tale praeceptum ante commemorari necessarium fuit, aut verba 68. 63. 77 de matrimonio intellegenda erant. accedit quod verba 68. 74 sq.

dô ditz alsô was komen
als ir dicke habt vernomen
daz Jôsêph etc.

ineptissime dicta esse videntur de re quam poeta non narravit, draesertim quum antecedant versus 68. 71—73.

ein buoch heizet anegenge
swer des maeres irre gât
der suoche ez dar wand ez dâ stât.

Non alienum erit de his versibus pauca dicere quum plus unum virum doctum in errorem induxisse videantur. Wackernagelius enim in hist. lit. p. 138 et Feifalikus in editionis prooemii p. XVII putaverunt hoc loco laudari carmen cui inscriptum est a n e g e n g e in Hahnii editionis paginis 1—40 typis exaratum. sed duae sunt res propter quas id probabile non est. primum enim miramur si poeta quem Hartmanni artem sequi vidimus, lectoribus carmen legendum commendat iis temporibus sane obsoletum omnique dicendi arte carens, quale est illud a n e g e n g e. deinde ea quae ex carmine anegenge peti iubet librarius, re vera eo loco non inveniuntur. de sponsione enim Mariae et Josephi nihil dicitur nisi: *diu maget was gevestent einem man* l. l. 30. 69. et pergit poeta

dô sî gâhes began
von dem kinde grôzen
dô wolde er sie lâzen.

hoc igitur carmen a Conrado de Fuozesbrunnen laudari non potuisse luculenter apparet, aliud autem carmen cui idem nomen sit anegenge, nobis non super est. Aut ergo poeta noster carmen laudat temporum invidia deperditum vel oblivione obrutum, aut totus hic locus A librario additus est.

Sed quomodo huic loco iusta medicina afferenda sit hucusque parum liquet. versus enim 68. 66—70 Hahn simpliciter delere dubitamus quoniam eos habent A et B codices qui neuter neutrius auctoritatem sequuntur. pendere autem eos ex eodem eoque iam depravato codice cogitare quidem possumus, non demonstrare. ponendos autem eos versus esse ante versum 62 *wie ez sît darzuo kam* facile apparet, ut versuum ordo sit hic

si was ot saelic genuoc.
daz verswîge ich hie durch einen list
wand ez vor mir getihtet ist:
ich velschet mîne kunst dar an
swelch matêrje ein ander man
den liuten het gemachet kunt
wolt ich die tihten ander stunt.

iam sequuntur v. 70—73 qui finem faciunt huius digressionis et in quibus corruptelam latere puto. tunc demum transitum ad novam rem faciens dicit poeta

Wie ez sît dar zuo kam
daz si Jôsêben genam
daz sul wir iuch wizzen lân.

codex quidem habet *och (ouch)* pro *iuch*, sed necessaria videtur esse levissima mutatio quoniam per particulam *ouch* haec transitio opposita iis quae anteeunt fieri non potest. si autem *ouch* recte se haberet etiam de iis quae sponsionem Mariae praecedunt copiose dicendum fuit. sed contra pugnat trium codicum auctoritas.

Sic videmus codicem nullum esse infantiae qui omni corruptela careat, et facile reperiatur qui putet carminis restitutionem cum boni eventus spe fieri vix posse, quum non sciamus quot et quantae verborum corruptiones vel in codice B lateant. sed ad eam curam perficiendam praeter tres codices ABC et fragmenta DE haud mediocriter suppeditare videntur ea quae supra ex Hartmanni carminibus a poeta nostro in suum ipsius usum desumpta demonstravimus; quae quo magis cum Hartmannianis ad verbum usque congruunt, eo magis integritatis speciem summo iure prae se ferunt. nam eos locos tempore post a librario additos esse nemo sanus putabit.

Venimus nunc ad finem carminis quem codex A mirum quantum diversum habet a codicibus BC.

Nam post versum 102. 48. Hahn [1816 Feif.] poeta auctoribus BC codd. queritur primum quod libri quem secutus sit

ope destitutus protinus narrare non possit, sine auctore autem de tali re scribere nefas putat esse. deinde suum ipsius nomen *von Fuozesbrunnen Kuonrât* professus benevolorum iudicum iustas reprehensiones non moleste se laturum, sed eorum consilia in carmine posthac componendo secuturum esse pollicetur. ultimi autem versus septem quos ad lectorem scripsit paribus assonantiis ligati sunt.

In codice A post v. 1816 Feif. paucissimis verbis de Christi vita morte reditu futuro dicitur. Ita carmen finire aptissimum erat nec potest intellegi, quomodo id ullum librarium offenderit, quomodo igitur pro hoc fine poni potuerit quem habemus in BC codd. quod vero post 102. 48 Hahn nullo iusto fine narratio repente abrumpitur, facile librarium movere potuit, ut aptius et elegantius orationem concluderet atque peroraret. praeterea non facile erat nomen Conradi de Fuozesbrunnen fraudulenter in carmen de infantia inscribere. scriptor carminis vilis et exigui *von der halben bir* potuit sane nomen Conradi de Wirzeburc simulare. librarius nescio quis infantiam Conrado de Fuozesbrunnen per fraudem dare non potuit, quia et clarus poeta fuit Conradus de Fuozesbrunnen auctore Rudolfo Montfortense, et clarum fuit carmen de infantia auctoribus quinque codicibus, ut non ignorarent profecto homines utrum a Conrado scriptum esset necne. propter eandem autem rem facile fieri poterat, ut nomen scriptoris a librario expoliente omitteretur. nam posteaquam carmen nostrum increbuit et hominum favore circumlatum est, iam non intererat scire a quonam esset compositum — id quod etiam nostris temporibus plerumque in canticis videmus evenire — sed tantum denuo describere et hominum animis et auribus magis magisque accommodare.

Accedit quod congruunt inter se BC codices alter ab altero non pendentes et quod iam supra optimum codicem B esse vidimus. nec non suspicionem faciunt assonantiae *phat:rât* et *namen:âmen*. nam illud quidem *at:ât* in infantiae non invenitur nisi in codice A, vel ut *hât:mat* v. 89 sq. *bat:hât* 605 sq. idque in locis merito suspectis. *namen:âmen* autem summae puto esse neglegentiae, non quod per assonantiam a cum â ligatum sit — id quod ferremus, quamvis inique — sed quia talimodo iunguntur assonantia obtusa *(stumpfer reim)* cum assonantia sonora *(klingender reim)*. cuius rei exemplum apud poetas accurate scribentes hucusque nullum inveni. sunt tamen apud scriptores

multo post viventes vel ut in Seifrido Helbling 2. 850 habemus *kâmen:benamen.* Austriacorum igitur hoc proprium fuisse et codex A a librario Austriaco scriptus esse videtur id quod etiam aliis rebus probatur vel ut forma *hiet* in A libenter usurpata, assonantiis *at:ât* quas supra diximus rell. Conrado de Fuozesbrunnen tribui non posse assonantiam *namen:âmen* pro certo habemus. corripi autem sillabas ita ut habeamus *namn:âmn* [cf. Helbl. l. 554 *ërn:gern;* id. 1046 *gemërt:wert*] vetant aures cuiusvis hominis non plane surdi. habet enim talis assonantia nescio quid abrupti ac praemorsi quod in extremo carminis fine a tranquillo imprecationis sensu mirum quantum abhorreat atque ob eam rem vel maxime improbandum sit. sic retinemus in codice A malam assonantiam *namen:âmen*, scriptam autem eam ante medium seculum tertium decimum vix putamus, quamvis vel ipsum codicem A aut exeunte seculo duodecimo aut ineunte tertio decimo scriptum esse Feifalikus invenerit. Quae cum ita sint non desinamus codicis B auctoritatem secuti carmen de infantia a Conrado de Fuozesbrunnen compositum esse praedicare.

Sed hoc tenere vel etiam scire non multum iuvat quoad de Conradi aetate vehementer ambigitur a viris doctis qui adhuc parva aut fere nulla felicitate definire conati sunt quo tempore Conradus vixerit.

Ac primum quidem quae de codicis A vetustate praedicare placuit Feifaliko [praef. p. VI] ea non valde curamus quippe quem iam ab aliis in codice iudicando vehementer errasse demonstratum sit.

Alia est res eaque plus valet quod Wackernagelius in hist. lit. Germ. p. 159 versuum formatione et oratione vetustatis speciem primo quidem obtutu praebentibus motus idem duodecimi seculi carmen putat esse infantiam. Obstabat unum quod Rudolfus Montfortensis in carmine de Willehalmo Conradum de Fuozesbrunnen inter Vrîdankum et Conradum Fleckium nuncupans tertiae fere tertii decimi seculi decadi infantiam adscribere videbatur. hoc non ferebant viri docti et Montfortensem parum accurate in enumerandis poetis temporum quo vixerint ordinem servasse praedicarunt. Wackernagelius hist. lit. p. 153, in primis autem Pfeifferus in libelli quod scripsit zur deutschen literaturgeschichte p. 33 sq. — atque id quidem per se patet singulos annos Rudolfum non computasse propterea quod in Alexandro non eundem nominum ordinem secutus est quem

in Willehalmo. cf. Haupt praef. ad Hartmanni carmina libellos rel. p. XI. nonne autem videt Pfeifferus non facile esse magnum numerum poetarum quorum plus unus eodem tempore viveret, annis accurate circumscribere? alius enim poeta forsitan inceperit carmina fingere admodum iuvenis, alius media aetate, alius vel ineunte senectute. ita fieri potuit ut qui duorum poetarum natu minor esset, idem esset prior in carminibus condendis. iam si quorundam poetarum Rudolfus et vitae aetatem et scribendi tempus sciebat, utrum secutus eorum nomina in annos digerere debuit? praeterea quo tempore unus poeta carmina finxerit brevi fortasse annorum circulo circumscribi poterat, alter artem poeticam et consuetudinem per annorum longum tractum exercuit, ut et ante et post illum esset poeta. iam uter prior nuncupandus erat?

Sed voluisse Rudolfum quantum posset in nuncupandis poetis temporis ordinem servare, ex ipsis versibus in quibus sunt poetarum nomina apparet. vide Hauptium l. l. atque ob eam rem quamvis poetarum aetatem id quod dixi in annos certos luculenter digerere non possimus, tamen ne nimis Rudolfi testimonio diffidamus cavendum est. hoc non cavit Pfeifferus qui, quum a Diemero (kleine beiträge III. p. 66) Conradus quidem de Fuozesbrunnen in documentis inde ab anno 1182mo ad 1186^{mum} usque scriptis inventus sit, propter hanc unam rem Conradum nostrum duodecimi seculi poetam et Rudolfum Montfortensem temporum fallacissimum auctorem appellat. et profecto si Conradus tam antiquis temporibus carmina finxisset, summo iure Rudolfi ordines contemneremus. sed citius quam cautius iudicavit Pfeifferus, quum non accurate quaesiverit num propter carmen ipsum de infantia liceret scriptorem eius Conradum in duodecimo seculo ponere.

Infantiam autem post Ereckium et Gregorium scriptam esse supra vidimus, ut concludere possemus eam non ante extremos duodecimi seculi annos ponendam esse, si omnino in seculo duodecimo. dubitavimus supra de versu infantiae 92. 45, utrum ex Iweini versu *hie slac dâ stich* originem duceret nec ne. habemus enim in Wolframi Willehalmo versus *hie der stich, dort der slac* 19. 3; 439. 22. et *hie vome stich, dort vome slac* id. 441. 24. ut vel ex his haustus esse posset versus qui est in infantiae p. 92. 45. nec id plane in cassum dicere mihi videor, quum versus infantiae 87. 14 *daz ein zaher den andern sluoc* paene ad verbum

usque congruat cum versu qui est in Wolframi Parzivalo *daz manec zaher den andern sluoc* 318. 7. et cum versu *daz ieslich zaher den andern sluoc* Willehalm 171. 19. quum autem Wolframus sextum Parzivali librum post annum 1204^{mum} scripserit, in quo libro est v. 318. 7. [cf. Lachm. praef. ad Wolfr. p. XIX et ad Waltherum 20. 4.] et hic versus manifesto ex Wolframi carmine depromptus esse videatur, etiam infantiam post annum 1204^{mum} conditam esse efficimus. quid, si versus infantiae 92. 45 ex Willehalmi versu 19. 3 quem supra laudavimus, re vera ortus sit, nonne ita infantia post annum 1215^{mum} ponenda videtur? sed infantiae versum 92. 45 ipse ego ex Iweini quam ex Willehalmi imitatione ducere maluerim et contentus sum testimonio quod infantiam post Iweinum i. e. post annum 1203^{mum} scriptam esse probet. Videmus igitur infantiam carmen esse tertii decimi, non duodecimi seculi idque scriptum post carmina Hartmanni et post sextum librum Parzivali. utrum poetae nostro Gothofredi carmen de Tristano notum fuerit necne nescio, certe quo id probari possit nihil inveni.

Tempus autem post quod infantia scripta esse non possit accurate definire non possum, nisi quod in Rudolfi Willehalmo inter Vrîdankum et Fleckium nuncupatam eam invenimus. sed propterea Conradum post annum 1230^{mnm} ponere — id quod aliquot viros doctos fecisse narrat Pfeifferus zur deutschen litgesch l. l. — minime velim; nam praeterquam quod Sommerus [praef. ad Fleckium p. XXXIII] Fleckii carmen non bene circa a. 1230 posuisse videtur, totus carminis nostri habitus is est, vix ut multo post laudatissimos poeseos triumviros scriptum esse videatur; nec pugno si quis Vrîdanko superius esse velit, quoniam certum singulorum annorum ordinem Rudolfum servare non potuisse iam supra plus semel dictum est. sed satis certum temporum auctorem vel in Conrado nuncupando se praebuisse Rudolfum teneamus, nec eum in quem digesserit poetas ordinem a viris doctis nostrae aetatis impune sperni posse. cf. Hauptium et Sommerum ll. ll. hoc bene tenuit Feifalikus qui ex Rudolfi testimonio Conradum de Fuozesbrunnen tertii decimi seculi poetam aulicum fuisse concludit praef. p. XXIII. sed quod idem vir Conradi carmina cuius ipse infantiam edidit perdita esse pronuntiavit, hoc profecto est silvam propter arbores non videre.

De patria Conradi de Fuozesbrunnen nihil habeo quod addam. quum enim Diemerus. kl. beiträge III. p. 66. ex codicis

traditionum Göttweigensium p. 153 Hernandum de Fuozesbrunnen ducis Henrici ministerialem eruerit qui eo loco nuncupatur inter alios viros Austriacos habitantes prope a loco qui hodie nominatur Feuersbrunn sito in regione urbium Krems et Mautern: veri simillimum est illud Feuersbrunn idem esse ac Fuozesbrunn et eodem loco Conradum nostrum natum esse. praeterea quum in codice traditionum monasterii Neuburgensis a Diemero exhibeatur Gerunc de Fuozesbrunnen (nr. 344) deinde Conradus et frater eius Gerunc de Fuozesbrunnen (nr. 382), denique Gerunc de Fuozesbrunnen cum filio Conrado (nr. 550): hos eiusdem gentis viros fuisse pro certo habemus. Gerungi filium Diemerus alii infantiam condidisse putant et in carmine ipso nihil inest propter quod a poeta Austriaco scriptnm esse nequeat, verum insunt quae id vel maxime probent. haec res etiam Feifalikum non fugit qui ad eam probandam recte affert assonantias *tier: ier* 101. 25; *mier: petitmangier* 89. 10; *zuo: nuo* 85. 87: *duo* 99. 53. 102. 1; *sun: tuon* 99. 81.

Praeterea carmen nostrum a Conrado filio Gerungi conditum esse quamvis certis argumentis demonstrare non possimus, tamen veri simile est, quum a tempore difficultas non existat etiamsi infantiam fere viginti annis post conditam putamus quam opinantur Pfeifferus Diemerus Feifalikus alii: nam quum Conradum de Fuozesbrunnen non post annum 1165mum, fortasse inter 1160 et 1165 natum esse Diemerus simplici ratiocinatione computaverit, et si infantiam circa annum 1210mum conditam esse putamus, Conradus dum eam scripsit vix minus quinquaginta annos natus fuit. hoc autem optime congruit cum versibus 68. 1—25 qui Conradum aetate iam provectum esse demonstrant.

Sic teneamus Conradum esse Austriacum et infantiam carmen tertii decimi seculi scriptum secundum leges artis aulicae. nam quod Wackernagelius hist. lit. p. 159, Feifalikus praef. p. XXIV. Pfeifferus zur d. litgesch. p. 34. Bartschius in Pfeifferii Germania l. l. alii in infantiae sermone assonantiis denique in tota arte imperfecti aliquid ac vetusti invenisse sibi videntur, iam non multum valet. nam multa non poetae sed librarii inertia ac ruditate in infantiam irrepserunt, alia sunt propria dialecti Austriacae, alia eaque perpauca remanent quidem, tamen contra sententiam nostram non pugnant, quum ridiculum sit in quovis carmine tertii decimi seculi incorruptam sermonis integritatem et elegantiam quaerere quam exhibent carmina Hartmanni.

Assonantiae incuriose admissae sunt praeter eas quas supra diximus: *kunden* (inf.): *funden* 69. 85 quam agrestis sermonis Conradi propriam esse dicit Lachm. ad Iw. 7055. eleganter sane Conradus hoc non scripsit nec infinitivum *kunden* ex alio eiusdem aetatis carmine ullo memini: sed possunt singula talia esse etiam in carmine ceterum non agresti.

tuoter: muoter 71. 2. hoc Lachm. ad Iw. 2112 intolerabile et apud poetas accurate scribentes inauditum praedicat.

slahen: sahen (pro *sach in*). 97. 53. cf. Lachm. ad Iw. 5429.

Versuum clausulas Conradus habet satis accuratas et paucae sunt quae ab optimorum poetarum consuetudine abhorreant. vel ut *daz er sô manegen wîs was ê* 89. 63. cf. Lachm. ad Iw. 4098. *wurden erslagen* 71. 59. lege *wurdn.* cf. ad Iw. 1159. parum liquet *sô wil ab ich* 73. 70. nam haud scio an cum C legendum sit *sît aber ich*, cf. Lachm. ad Iw. p. 475 et p. 556.

similiter *sô lìs ich* 102. 10. quod Lachm. ad Iw. 4095 summa reprehensione dignum putat. nam A habet *lise ouch ích.* librarii autem ad emendandas versuum clausulas mutare non solent, ut illud *ouch* in B neglegentia librarii omissum esse videatur.

Contra legem quam a poetis optimis observatam esse indicarunt Beneke ad Iw. 6575, Lachm. ad eundem locum, ad Nibb. 305. 1. et p. 318 (zur klage 1355) semel peccat Conradus de Fuozesbrunnen: *diu frouwe erbáldète dô* 77. 59.

Pariter Conradus usum poetarum aulicorum sequitur in adhibendis nominibus adiectivis quae desinunt in-*sam.* non enim habet nisi *gehôrsam* 83. 21. [et bis in iis versibus quos ex C in textum recipiendos esse putavimus] *irresam* 89. 52, *unirresam* 74. 9. cf. quae ad Engelh. 1185 collegit Hauptius accuratissime quidem, tamen ita ut reperiantur quae addi possint. sed singula enumerare nolo ne molestus fiam.

Sic videmus Conradum leges poeseos aulicae sequi cuius ei auctor fuit Hartmannus de Ouwe; et lucidos quidem locos passim ex Hartmanno deprompsit nec non in universum Hartmanni in vestigiis ivit: imbecille tamen Hartmannum non secutus est nec ita ut sermonem sibi proprium abiceret et reciperet quae essent propria Hartmanni. nam quae sunt in Hartmanni carminibus verba aut structurae saepissime repetitae, minime eadem frequentia inveniuntur in infantia et hac ipsa re Conradus non mediocriter inter multos suae aetatis poetas excellit, ut verborum repititione taedium non offerat lectori.

Conradum in adhibendis vocabulis Gallicis et aulicis similem esse poetarum eius aetatis aulicorum iam Feifalikus vidit praef. p. XXIV laudans *âventiure* 85. 45 *baneken* 95. 37. *môraz* 95. 29. *pitit mangier* 89. 11. *sigelât und samît* 94. 72. *terrâz* 98. 56, ad quae ex B addendum est *quîten* 85. 62

Propter haec et propter verba latronis *sire dex vo comdiu* 89. 59 et propter commemoratam Gallorum consuetudinem 95. 44 putat Feifalikus carmen nostrum non ex ipso evangelio infantiae apocrypho sed ex libro Francogallico haustum esse. vid. praef. p. XXV cum annot. Sed hoc necessarium non videtur, quum Conradum qui iam carmina aulica ante infantiam scripsit (68. 23—25) linguae Francogallicae ignarum non fuisse putandum sit; praeterea propter versus latinos 81. 4 *lumen ad revelationem gencium* et 84. 68 *palma victôriê* verbo tenus ex evangelio infantiae [cp. XV, Tischendorf cod. apocr. nov. test. p. 78 et cap. XXI Tischendorf id. p. 84] sumptos Conradum ex ipso evangelio hausisse veri simile est. ceterum versus latinos etiam apud poetas aulicos inveniri quamvis rarissime notum est, vide Hartmanni Henricum v. 92 sq. et Ulrici Lanziletum v. 4892 cf. etiam Wolfr. Wh. 100. 28; 454. 23 et Hartm. Greg. 1011. 1021.

Conradi infantiam clarum et diu notum carmen fuisse non solum propter sermonis suavitatem et rerum narratarum amoenitatem et propter alias causas (vide supra) veri simile est, sed etiam eius rei duo habemus certissima documenta.

Imitati enim sunt Conradum Rudolfus Montfortensis in Barlaâmo et scriptor carminis cui inscribitur Passionale.

Rudolfus a Conrado mutuatus esse videtur consuetudinem, ut carmina per magnum parium assonantiarum numerum finiret, vide Pfeifferum in Hauptii diarii tomo 3. 278. qui laudat extremos versus qui sunt in Rudolfi Willehalmo:

swelch mîn vriunt mir vriundes rât
erzeiget âne missetât,
[*ob mir der rât ze staten stât*
und mich niht tumplich irren lât]
der tuot mir wol swie ez ergât cet.

hi versus adeo cum extremis infantiae 102. 65 sqq. congruunt, ut inde haustos esse summa cum verisimilitudine putaret Pfeifferus ll. contrarium putavit Feifalikus praef. p. VIII: illum infantiae finem ex Rudolfi Willehalmo sumptum esse, quum non sit in infantiae codice A. sed quum iam supra viderimus qualis sit eius codicis auctoritas, Feifaliki sententiam silentio praeterire

possumus. Praeterea Rudolfus in Barlaâmo eodem modo utitur versibus latinis quo Conradus in infantia, ut vel hoc imitationis exemplum esse videatur: quin etiam in ipsis versibus mirum in modum saepius congruit cum infantia. ex quibus sunt

ân anegenge und âne drum	*ân anegenge und âne drum*
in prîncîpjô êrat verbum	*în secula seculôrum*
Conr. 79. 22 sq.	Barl. 186. 27
herhafl unde mit schar	*herhaft unt mit maneger schar*
Conr. 79. 57.	Barl. 338. 29.

diu rede dâ mit ein ende nam Conr. 70. 26; 101. 40. Barl. saepius. sed haec est formula etiam apud alios non inusitata.

ze volleclîchem werde Conr. 79. 36; *nâch volleclîchem werde* g. Gerh. 337.

Similis in infantia et in Barlaâmo frequens est usus formulae *ditz bezeichnet* etc.; similiter ac fere iisdem verbis commemoratur miraculum quod panem pluebat. cf. Conr. 87. 29. cum Barl. 57, 8; 72. 1; 268. 30.

Hae similitudines si quidem non casu sint effectae denuo probant integritatem eius partis infantiae quam A non habet; nam pari modo ex hac atque ex ea quae infra est hausisse videtur Rudolfus. ceterum maiorem similitudinum numerum esse inter Rudolfi carmina et Conradi infantiam puto nec fore ut lateant, si quis accuratius rem disquisiverit.

Quomodo autem scriptor Passionalis Conradi infantiam imitatus sit accuratius indicare mitto, quoniam Bartschius in Pfeifferi Germaniae tomo V. p. 432—444 de ea re omnia attulit quae sciamus necesse est.

Iam ad finiendam hanc commentationis partem de aliquot locorum qui sunt inde a p. 82. lectione disputaturi sumus.

83. 12. *danne* B *dannen* A. – B sibi constans non habet nisi formulam *danne* 1) *danne* = inde 71. 41; 83. 12; 91. 63; 93. 6. cf. Lachm. ad Iw. 396. 2) *danne* = tum 85. 38; 86. 15; 92. 73. cf. Lachm. ad Iw. 627. 3) *danne* post gradum comparativum 93. 64; — *von danne* 68. 55; 82. 23: quum A minus sibi constet, etiam hoc loco 83. 12 *danne* scribendum putamus.

83. 28. *sîner lieben prophèten sage* B. *lieben* deest in A. cf. ea quae supra ad v. 110. ed. Feif. diximus: aut legendum *prôphèten*, aut cum B *sîner liebn prophèten sage*; et hoc quidem probamus, quoniam contra scriptionem *pròphèten* pugnat quod Lachm. ad Iw. 299. observavit.

83. 41. *wan sî gemaehlich wâren* B *semfte* A. in A esse glossema facile apparet. Hahnius legere vult *gemaenlich*, id quod non intellego; an *gemaenlich* pro *gemenlich* ducit Hahnius a verbo *manen*, ut *gemenlich* sit: qui moneri possit = monitis parens = mansuetus? simplicius legendum est *gemechlich: ae* enim pro *e* saepissime in codice B scribitur, et de notione vocabuli *gemechlich* vide locum quem ex Oberlini glossario laudat Zarnckius mhd. wb. 2. 15a: *und mahte diu wilden tier als gemechlich, daz si sich für in leiten.*

83. 44 sq. *den schâfen gelîche*
und niht so grimmelîche B *gar senfliclîche* A.

Ad ea quae Bartschius de hoc loco dixit addimus codicis B lectionem etiam probari usitatissima dicendi consuetudine qua vocabuli vis eo augmentari solet, ut negetur quod sit contrarium, vel ut in infantia *ze der werlde lône und niht nâch gote* 68. 2. *diu süeze âne gallen* 73. 21; *senfte und âne zorn* 73. 28; *diu wârheit âne lougen* 79. 3, *zühteclîchen âne braht* 89. 17; *ganz und âne mâsen heil* 93. 9. ceterum scribendum videtur *gremelîche.* neque enim video cur librarius *grimelîche* non voluerit scribere. *gremelîche* autem tunc erat vocaculum obsoletum nec inventum nisi in poesi populari cf. *si ersprancten mit ir schalle ein tier gremelich* Nib. 887. 3. — 83. 66. *kindelîn* B *kindel* A; eandem quam hoc loco formam habet A 153. 156, quos versus B non habet et 1569 ubi B habet *kint* 99. 61: *kindelîn* AB 83. 15: *mîn;* 87. 69: *sîn;* 88. 12: *sîn;* 89. 67 medio versu; 97. 60: *sîn;* praeterea B *mîn* 74. 74; 86. 49; *stückelîn* 90. 35 (A *ze stücken*) *rinnelîn* 99. 23 (*rinlîn* A 1539). quoniam igitur B ubique sibi constat et vel A saepius formam exhibet in — *lîn* desinentem, hanc in infantia scribendam putamus. gr. 3. 670.

Non alienum erit pauca addere de codice D maximam partem deperdito qui modo cum B modo cum A congruens a neutro originem ducere potest. eadem re monemur ne codici B nimiam auctoritatem tribuamus. plus enim semel AD contra B iustam lectionem praebere videntur, vel ut

84. 56. *und uns kint berâten hât* *und uns sô wol berâten hât*
gemaches unde spîse. B *der herberge und der spîse* A
der herberge unde spîse D

ita AD recte videntur habere *herberge.* sed scribendum esse *herberge unde spîse,* utrumque sine articulo docet metrum et suadet exemplum codicis B.

84. 70. *nu geschach aber ein zeichen* B   *dô geschach daz zeichen* A .... '*dar reichen*' D. hoc cum codice A congruit, Leyserus enim bis *r* pro *z* legisse videtur, similiter 84. 71 ubi AB habent *zuhte,* D *ruhte.*

85. 3. 4. *sine kunden sich niht erbarmen*
über deheinen armen. B
si kunden sich niht erbarmen
über riche noch über armen A.
si enkonden sich erbarmen
über deheinen armen. D

integram lectionem putamus esse in codice D et in AB additum videtur *niht.* nam versum 85. 3 qualem exhibent AB metrice legere non possum, nisi scribimus per syncopen *kundn;* nam v. 85. 4. versum esse trium arsium, non quatuor, testimonio codicum BD demonstratur. praeterea in Feifaliki editione est vitium non leve, quum ei scribendum esset *arme,* non *armen.* quod autem assonantia poscat *armen (: erbarmen),* non mediocriter vel ea re lectio codicis A improbatur.

85. 23. 24. *betrugen sí vil manegen man*
und gewunnen in ir guot an B   *u. g. im sîn g. a.* A.

quo modo ex A ortum sit quod habet B, non facile intellegitur. contra multis exemplis probatum est librarios passim mutasse concinnitatis gratia grammaticae. cf. ex multis Wolfr. Wh. 146. 6 *maneges sturmes die ich streit* Lachm. cum Ku contra lmnopt.

85. 33 sq. *swann in zegewinne chame*
daz denn einer name
unt vihet an teil
unt der ander sin heil
versuocht morgen daran B

swaz gewinnes des tages quaeme,
daz im den einer naeme
und ez hête âne teil
und der ander sîn heil
versuochte des naehsten tages darnâ A.

Swas in gewinne hiute kam
das den der eine nam
und in het âne cet. C.

Hoc loco luculenter apparet quam vehementer codex A corruptus sit per librarium male mutantem. in *vihet* 85. 35. B latet integra lectio *in het* quam habet C. tum in v. 37. *versuochte morgen dar an* displicuit librario A *morgen* = postridie scripsitque pro eo *des naehsten tages.* illi *morgen* respondet *hiute* = eodem die et recte illud habet C. id quod probatur glossemate *des tages,* quod habet A; in B igitur *hiute* deletum est, *morgen*

servatum, A in corrumpendo sibi 'constans utrumque delevit et *des tages* — *des naehsten tages* substituit. praeterea *darnâ* quod habet A vix tolerabilem languorem efficit et a librario male lectum est pro *daran.* propter autem *darnâ* opus erat assonantia in-*â* desinenti, itáque agglutinatum est *sâ* v. 383. Feif. notione hic omnino carens, nisi quod versus ligat. ergo scribimus

swaz ín gewínnes híute káeme,
dáz dén éiner náeme
unt in hête âne teil,
und der ander sîn heil
versúohte mórgen dár án:
swie víl dér dánne gewán
daz liezen d'andern âne haz.

85. 45. *ûf âventiure gewin* B *ûf â. u. g.* A. lectionem codicis B tuetur locus Erekkii 8397. cf. supra.

85. 52. *unnôtic unde rîche* B *unnôthaft u. r.* A; A cum loco Hartmanni congruit quem supra laudavimus, et *unnôthaft* vocabulum est hucusque non inventum, nisi quod Graffius II. 1041 habet *unnôthafti* = non necessarius.

86. 20. *daz gebûr dem andern tuot* B. *daz ein man d. a. t.* A. est in hoc loco proverbium quod in A librarius intellexisse non videtur, quum eum fugeret discrimen quod intercedit inter *gebûr* et *gebûre.* ceterum toto hoc loco per multa proverbia falsa specie boni ac benevoli maiorem fieri elusionem facile apparet.

86. 28. *du gâhest ouch ze sêre* B *giudest* A. hoc loco lectio- codicis B perditam, verum in codice A servatam esse apparet. 86. 50. integram lectionem in codice A latere puto, tamen quem versum exhibet editio Feifaliki v 482, eum contra leges metricas pugnare puto. lege *éigènen.* — 86. 82 sqq. cum B legendum:

als im waere tougen,
waz dises willen waere.
in grozer herzeswaere — *er sach ouch die maere,*
sô vant er ie die frouwen. — *die vil schoenen frouwen* A.

hi duo versus codicis A miserrimi sunt, quoniam supra 86. 77. iam dictum est *er sach ie belangen die frouwen unt daz kint an.* post id dicendum erat qualem se gerentem viderit latro Mariam. hoc habemus in codice B. praeterea adiectivum *maere* notione epica in infantia praeter hunc corruptum locum non invenitur.

89. 5 sq. cum B legimus. nam lectio codicis A iam suspecta est propter hiatum male admissum post verbum bisillabum *(ime*

ie) cuius sillaba prior corrupta est. talia in infantia non invenimus. cf. Lachm. ad Iw. 318. 2943.

87. 21. *ern hiet ez nimmer getân* B bene. A ponens *die wile* pro *nimmer* metrum corrupit nec restituit Feifalikus editor.

87. 67. cum Bartschio probamus lectionem codicis B *bint dir*; sed *bint dich* omnino falsum esse non recte praedicat Bartschius. cf. Parz 807. 28. *diu künegîn s i c h gebant. i r* Gg. — consulto et constanter, mutasse librarium in codice A videmus ex v. 88. 7, ubi B habet *sî ir bant,* A *sî sich bant.*

87. 84 sqq. Bartschii sententiae subscribimus. praeterea *besach es* etsi tacemus de mala clausula, non bene intellego. nam constructionem simplicis verbi *besachen* cum genetivo rei non memini; huc usque non legi nisi *sich besachen* cum aut sine genetivo rei vel ut *der* (gen. pl.) *wil ich mich besachen* Seifr. Helbl. II. 477. *ir besacht iuch immer wol* id. 319; *ich enweiz wie sich besachen sol daz vil edel volc* id. III. 112. — quod autem hoc verbum rarissimum infantiae codex A commune habet cum Seifrido Helbling, hac re fortasse probatur sententia nostra qua c o d i c e m A e t a l i b r a r i o A u s t r i a c o n e q u e a n t e m e d i u m s e c u l u m t e r t i u m d e c i m u m s c r i p t u m e s s e supra putavimus.

88. 8. *un slvch in ir gewant* B *und leite an ir gewant* A. contra A nihil dici potest, nisi quod non intellegimus quomodo in B corrumpi potuerit. legendum est *unde s l o u f in ir g*, pro quo in A magis ex usu quotidiano positum est *leite an.*

88. 15—18 desunt in codice C, summa tamen iniuria; nam inest imitatio Hartmanni [cf. supra] in quam librarius non facile incidere potuit.

88. 20. *si begunde* B. *gunde* A. perversa codicis B lectio ducit ad integram: *engunde* aut *sine gunde.*

89. 35. *wipliche guote: muote* AB. *guote* subst. in infantia ferri potest. cf. 69. 85. *kunden* (inf.) *funden.* tamen maluerim *güete: müete* quod dici posse docet Lachm. ad Iw. 749. infra Feifaliki editio habet *güete: missemüete* v 1019.

90. 34. *si muosen aller taegelich* B *alle gemeinlich* A.

aller taegelich vel *aller tegelich* ut est, nullum habet sensum: sed ex lectione codicis A duci non potest. scriba *tegelich* male legisse videtur pro *iegelich* et propter falsum *tegelich* mutavisse *alle* in *aller.*

90. 21. *tivel* B *tievel* A. ita constanter discrepant duo codi-

ces; sed ex v. 97. 29. *der tivel iht müezec funde* licet concludi in B esse iustam scriptionem. W. Grimm ad Vrîd. Berl. ac. 1849. p. 384.

91. 47. 48. *der gemeine tôt hât sie genommen* | *der tôt hât sie genomen*
dû maht ân angest wider komen B | *dû maht wol wider komen* A.

versus qui in codice A sunt melius tribus quam quatuor arsibus legendi esse videntur, quamvis *komen: nomen* sit assonantia obtusa. haec venia carmini nostro danda non videtur nec ea opus est in codice B; in cod. A vel alia eius modi exempla sunt. vide in ed. Feif. v. 933. 1210. 1383. 1431. 1675. possunt sane ii quatuor arsibus legi, ita tamen ut non bene sonent. cf. de hac re Sommerum ad Florii v. 43.

94. 23. sq. *vergolten von eime gaste*
sich bezzerte vaste B. | *sich gebezzert vaste* A.

quum male sonet v. 94 24, si legimus *sích bézzèrte váste* [apud Feif. ne potest quidem quatuor arsibus legi], vitium in versu superiore quaerendum est. putamus *eime* glossema esse ut legendum sit *vergolten von gaste.*

95. 49. aut cum B scribendum *liezens,* aut cum A *sie liezn.* quod exhibet editio Feifaliki iustum versum non praebet.

95. 44. *nâch franzeis sit, dar ûf diu bet* B | *nâch franzeischem site* A

in B compendium ʾ = *er* omissum videtur ut legendum sit *Franzeiser.* hoc videns librarius et male genetivum pluralis pro adiectivo intellegens correxit in *franzeichem* propter masculinum *site.*

97. 34. *stette* male posuit Feifalikus, ne scriberet *bet* pro *bette;* hanc autem formam etiam 95. 44. habemus et Helmbrecht 1853. Lachm. ad Iw. 1212.

98. 10 sqq. *nu engetorste ir aller dehein*
des tages nie komen hein,
dô si in gevorhten genuoc. | *unz er in schimphte genuoc*
dô hiez er iegelîchez sînnen kruoc B | *do hiez er pp.* A.

misserimum esse versum 91. 82 in A neminem fugit. in B est iusta lectio a librario non intellecta, quum putaret *in* esse acc. sg. masc. immo est dat. pl; verto in linguam vernaculam sensum magis quam singula verba exprimens: ‘nachdem er sie sich genug hatte abängstigen lassen’. timebant enim sibi pueri, scilicet ne domum reversi a parentibus vapularent. codicis B lectionem Passionalis quoque locus iuvat 49. 84 sqq.

der schade unt ouch der unruoch
an den kindern worchte
daz iekelich sich ervorchte
und torste nicht zv huse kvmen.

dô autem 98. 12 male ex versu sequenti in hunc irrepsisse puto et scribo *wan si in g. g.*

Quae 98. 17. habet codex A, non ferenda videntur; nam talia dicere poterat poeta post miracalum extremo loco narratum, non inter narranda duo miracula. sumptos autem eos versus puto ex Ev. Joh. 21 v. 25.

98. 51. sqq. *daz aber daz kint Jêsus*
mit andern kindern spiln gie
wan des enbetrâgt in nie B. *wan des betrâgt siu nie* A.

ieiunus est et languidus apud Feifalikum v. 98. 53; etiam in hoc loco video stultum emendatorem qui *in* pro dat. pl. intellegens vitium voluerit delere ponendo accusativum *siu.* sed non ad *kinden* spectat *in*, verum ad *Jêsus:* 'neque enim eius rei unquam eum piguit'. iam apparet legendum esse *enbetrâgte.*

99. 13. 14. *sô sol uns wesen vil gâch* — *sô sol uns wesen gâch*
verloufe wir in die rinnen — *verloufen in die rinnen,*
so mügen sie uns niht entrinnen B. — *sô mugent si uns niht entrinnen* A

Quum in carmine nostro nunquam versum trium arsium iunctum inveniamus cum versu quatuor arsium (vide Sommerum ad Florii v. 121), res in codice A bene se habere non potest et scribendum est *mugens.* nam 3 pl. *mugent* pro *mugen* minime convenit poetae initio seculi tertii decimi scribenti adeoque Austriaco. vide gr. I. 963; ubi tamen falso eius formae auctor laudatur Fleckius; nunc enim eo loco [Flore 68] ex codice meliore persona 2 pl. restituta est id quod fugere non debuit Zarnckium, et deterrere quin etiam post Sommeri editionem Grimmii locum fortiter ac fideliter exscriberet. (mhd. wb. 2. 4 a.) — etiam in codice B scribendum est *verlouf wir.* nec vituperari potest *verloufen* quod habet cod. A et quod Feifalikus male intellexisse videtur opinatus esse infinitivum pendentem a verbo *gâch.* verum est coniunctivus notione cohortationis; ergo post *gâch* interpugendum est.

99. 63 sq. *von dirre starken zühte* — *von diser starken zuht*
si huoben sich ze vlühte B. — *gâben si die fluht* A.

versus qui sunt in codice A non sine molestissimo ictu quatuor arsis habere possunt [cf. supra ad 91. 47 sq.]. cum codice B contra A facit etiam codex C *und wartotont enheiner zühte und sazten sich ze vlühte*; ceterum eundem versum quem in B 99. v. 64 ha-

bemus in carmine frauendienst 528. 12, ut haec dicendi consuetudo in primis Austriacorum fuisse videatur

99. 69. formam *bürgaeren* pro *burgaeren* improbandam putamus; neque enim est causa legitima, cur in hoc vocabule *u* in *ü* mutetur, similiter 100. 83. scribimus *burger.*

100. 1. scribe *vorht;* 101. 75. *vertrages,* cf. 87. 85. *gemaches* 2 sg. cj. — 100. 5. lege *dêr.* — 100. 27. lege *muosn.*

100. 61. *in die schôz* B, *in den schôz* A.

B sibi constans vocabulum *schôz* usurpat pro feminino. vide 98. 7; 90. 72; in A v. 1412 Feif. est fem; 1418. 1658. masc.

101. 50. *ez was ot aber samztac* B *ot* deest in A.

displicuisse videtur librario codicis A particula *ot;* omisit enim etiam supra 68. 61, fortasse quia tum iam inceperat obsolescere. formulam *ot aber* nusquam saepius invenimus quam in carmine frauendienst 34. 28; 35. 10; 106. 6; 112. 30; 133. 6; 158. 22; 189. 16; 202. 21; 256. 4; 309. 21; 371. 22; 396. 28; 411. 6. [in carmine frauenbuch non invenitur] 101. 80. lectionem codicis B corruptam esse et recipiendam codicis A apparet.

102. 15. legendum *díe bedúrfen díner lére*
só kius ích frúmen noch ére

nam quum Jesus ceteros liberos sibi opponat, ictus cadat in *die* et *ich* necesse est; cf. etiam Pass. Hahn 55. 71 sqq. lectionem *die* malumus quam *diu,* nam diu aut ex versu antecedente in hunc casu irrepsisse videtur aut per librarium de industria ex *die* factum esse propter affectatam concinnitatem grammaticam. cf. supra ad 85. 24. et gr. 4. 267. 269. accedit quod non videmus cur ex *diu* quisquam faceret *die.*

102. 17. *des wil ich chunden daz* *künnen* A *kunnen* C
ich kan A

qui sit in versu qualem exhibet Feifalikus bonus sensus, eruere non potui; quum autem ex *kunden* [vide supra eandem infinitivi formam: *funden* 69. 85] facillime posset fieri *kunnen* vel *künnen*, lectionem codicis B probamus. versum illum in linguam vernaculam haud scio an ita recte, vertendum putamus: ‘ich werde schon gelegenheit haben, proben von dem zu geben, was ich weiss’ cf. M. F. 6. 26. *ich wil weinen von dir hân* ‘du wirst mich gewis noch thränen kosten’. Müllenhoffius in scholis ad l. l.

102. 27 *than* B *lav* A *bet'*: C. scribendum est *tav* vel *thav.* nam versus Passionalis 55. 89 qui ex hoc infantiae sumptus est exhibet *tau,* vide Bartsch. l. l. p. 444.

102. 37. *ouch ist uns diu dîne unwiht* Feif.
enwiht B

hoc vocubulum *unwiht* huc usque nusquam invenimus nec ut inveniatur fore putamus; falso scriptum vel lectum videtur pro *ein wiht* cf. Pass. 56. 4. *dir ist mîn lère gar ein wiht,* qui locus ex nostro desumptus est.

Venio nunc ad alteram commentationis partem, disceptaturus num carmen de infantia ab eodem scriptore compositum sit a quo assumptio, et num assumptio ab eodem scripta sit a quo resurrectio.

Accuratius de ea re huc usque neminem disputasse iam supra diximus et quod Wackernagelius hist. lit. p. 162 infantiam et assumptionem ab uno conditas putavit neque probatum neque refutatum est.

Sane non desunt in ipso assumptionis carmine quae cum infantia congruere videantur, ex quibus enumero haec:

I. magnum numerum assonantiarum tangentium in utroque carmine, in assumptione *rât: Kuonrât* 19. *neme: verneme* 33. *ê: ê* 45. 221. 939. [secundum libros etiam 492] *wâren: wâren* 53. *einez: deheinez* 61. *einer: deheiner* 985. *zwelfboten: geboten* 67. *enboten: boten* 407. *herberge: berge* 148. *sô: Êphèsô* 319. *gelîch: lîch* 413 *: untoetlîch* 823. *bestaten: gestaten* 649. *gotheit: menscheit* 845. [*wolte : wolte* 1054 aut librarii aut typographi errore commissum puto, lege *solte* posteriore loco] *volendet: gelendet* 1109.

II. aliquot assonantias minus accuratas: *zuo: nuo* 167. 275; *tuo: duo* 565: *nuo* 801; *nuo: duo* 1021; *lieht: nieht* 634: *gesieht* 655.

III. coaggeratas in carminis fine assonantias easdem.

IV. imitationem Hartmanni etiam in assumptione factam

wan daz süeziste leben	*wande êlîch hîrat*
daz got der werlte hât gegeben	*daz waer daz aller beste leben*
daz ist êlîcher hîrât.	*daz got der werlte hete gegeben.*
swelch saeleger den ze rehte hât	Greg. 2050 sqq.
der ist hie und dort genesen.	
921 sqq.	

cf. etiam Greg. 1336 sqq. *ir habt daz süezeste leben*
daz got der werlte hât gegeben.
swer imz ze rehte hat erkorn
der ist saelic geborn.

V. sermonis similitudinem quae intercedit inter duo carmina

diu tür wart gaehes ûfgetân	*nu wart diu tür ûfgetân*
unt er mit vreuden în verlân	*unt jene mit vreuden în verlân*
321 sq.	inf. 93. 23 sq.

und du aller künege keiser bist. 864.	*und aller künege keiser ist.* inf. 82. 15.
nu lâzen dise rede hie *unt grifen wider an die* *die wir vor dirre liezen ê.* 937 sqq.	*nu belîbe wir der rede hie* *unt komen hin wider an die* *die wir dâ vor liezen.* inf. 71. 28. sqq.
dirre tiure merze 849	*disen tiuren gewin* inf. 86. 65.

VI. versus latinos sermoni vernaculo immixtos et auctorem rerum librum apocryphum.

Sed in his omnibus nihil certi inesse facile videmus, hoc unum possumus concludere assumptionem et infautiam fere eodem tempore conditas et scriptores simile dicendi genus secutos esse. Iam graviora esse videntur ea propter quae duo carmina a duobus scriptoribus condita putem.

Ac primum quidem maximi res momenti est quod in utroque carmino habemus nomen scriptoris idque alterum ab altero discrepans: infantiae scriptorem se fert Conradus de Fuozesbrunnen quem loco Austriaco cui erat nomen Fuozesbrunn natum esse veri simillimum est. in assumptione habemus scriptorem qui ipse se praedicet

ich armer pfaffe Kuonrât
geborn von Heimesfürte 20 sq.

Haec inter se minime congruunt; nam Conradum de Fuozesbrunnen equitem fuisse, certe laicum ex infantiae versibus 68. 1 sqq. luculenter apparet, Conradus de Heimesfürte clericum se fingit. propter eam rem Wackernagelius, ut duo carmina eiusdem poetae esse persuaderet, Conradum in Heimesfürte natum et postea in Fuozesbrunnen munere sacerdotali functum esse iussit. atque id quidem recte docuit assumptionem ante infantiam conditam esse, si omnino unus duo ea carmina scripserit: nam in initio assumptionis Conradus de Heimesfürte satis claris verbis se praebet tironem et artis aulicae plane expertem:

rîcheit, hôch gebürte,
kunst, zuht und hovewîse,
swaz einem man ze prîse
in dirre werlte mac gevrumen,
des bin ich wênic vollekumen.

Contra Conradum de Fuozesbrunnen ex infantia cognovimus poetam in carminibus fingendis iam diu exercitatum, qui quidem ipse mundi dulcedine captum profanas fabulas se scripsisse praedicet. 68. 23 sqq. quarum poenas velit dare narrata Christi infantia. sed cur eae poenae dandae sunt poetae qui iam quasi

tirocinium scripserit carmen de assumptione Mariae mirum quantum abhorrens a mundi dulcedine atque aulicae poeseos lasciviis? propter hanc igitur rem non bene assumptionem ante infantiam ab eodem poeta scriptam putaverimus. accedit aliud quod contra Wackernagelii opinionem pugnet idque ad habitum sermonis qui est in duobus carminibus pertinet: in infantia permulta ex Hartmanni carminibus desumpta supra vidimus, sermonis Gothofrediani vestigia nulla invenimus. in assumptione unum certe locum habemus cuius exemplar fuit in Hartmanni Gregorio, saepius autem obveniunt quae Gothofredum auctorem probent; quamvis singula Gothofredi verba aut versus imitationi non fuisse videantur, universum poeseos Gothofrediani habitum facile videmus in elocutionibus hisce

v. 159 sqq. *swem nu herzen leit geschiht*
und in des leides anders niht
wan leit mit leide ergetzet,
sô leit solch leit setzet,
daz leides niemer ende wirt,
swâ leit mit herzeleide swirt,
swem aller leidest ie beschach,
des leit unt des ungemach
gelîchet sich unnâch herzuo.

217 sqq. *aller vroiden vrouwe vröuwe dich,*
joch vröwet von dînen vröiden sich,
swaz vröide dâ ze himele ist.

de verbis *aller vröiden vrouwe* cf. W. Grimm ad Vrîd. Berl. ac. 1849 p. 398.

609 sqq. *die kroenet unser herre hie*
mit einer krône, daz noch nie
deheines wercmannes hant
list ze solchem werke vant.
mit dirre krône gekroenet,
über alle schoene geschoenet
hât vater sun unde trût
tohter muoter unde brût.

919 sq. *dâ saelden niemer ende wirt,*
dâ wünne bernde wünne birt.

Minime autem veri simile est poetam qui in primo carmine Gothofredi artem secutus sit, in carminibus postea scriptis prorsus ab ea consuetudine recessisse. ergo etiam haec res Conradum de Fuozesbrunnen eundem esse quem eum qui antea Conradum de Heimesfürte se appellaverit, vel maxime improbat.

Quid igitur habemus? assumptionem et infantiam ab eodem poeta ita scriptas esse, ut assumptio posterior sit quam infantia, vetant duorum carminum initia quae supra laudavi; prior autem esse assumptio non potest propter locos Gothofredianos qui sunt in ea, non in infantia. ergo nihil restat nisi ut Wackernagelii opinionem qui Conradum de Fuozesbrunnen et Conradum de Heimesfürte duo eiusdem viri putaverit esse nomina, prorsus improbemus.

Maxime autem in eam opinionem inductus esse videtur Wackernagelius propter ea quod Rudolfus Montfortensis in Willehalmo Conradum de Fuozesbrunnen nuncupat poetam egregium, omittit Conradum de Heimesfürte; in Alexandro nuncupat Conradum de Heimesfürte, omittit Conradum de Fuozesbrunnen. sed non omnes eosdem poetas a Rudolfo in carminibus illis duobus enumeratos esse ex ipsius versibus apparet: nam in Alexandro appellantur poetae von dem Türlîn et Wetzel qui non sunt in Willehalmo: in Willehalmo sunt poetae von Absalône et Gothofredus de Hohenlohe quos non habemus in Alexandro. an etiam haec quatuor nomina duorum tantum virorum esse quisquam putabit?

Pugnat etiam alia res contra Wackernagelium: in infantia complures assonantias minus accuratas invenimus, exhibentes *an : ân, az : âz, aht : âht, m : n;* nihil eius modi est in assumptione. quis autem est qui putet poetam quae vitia vitaverit in primo carmine, eadem admittere in carmine scripto multo post, quum iam ei esset artis poeticae diuturna consuetudo?

Habemus praeterea in assumptione saepius assonantias amplificatas vel ut *vroiden hoeret : vröiden stoeret* 417 sqq. *krône gekroenet : schoene geschoenet* 613 sq. *unde trût : unde brût* 615 sq. *welnt die : welnt sie* 648. cf. *vröiwe dich : vröiden sich* 217; in infantia cuius tertia fere pars est assumptio, semel tantum habemus id ornamentum, *unde lis : unde wis* 102. 12. Quae cum ita sint, Conradum de Heimesfürte a Conrado de Fuozesbrunnen omnino seiungendum esse putamus.

Sed quod Pfeifferus scriptorem assumptionis natum esse facit in vico Alemannico cui nunc nomen est Heinsfart sito prope ab oppido Ottingen, carminis ipsius sermone parum probari videtur. nam assonantiae *zuo : nuo* etc. *niht : lieht* quas supra vidimus, Austriaci magis quam Alemannici poetae esse videntur. cf. gr. $1^3$207.

Contra nihil in assumptione invenio propter quod Alemannicum carmen esse putem. nam quod in pers. 2. pl. Pfeifferi editio saepius exhibet -*nt* pro -*t* (gr. l. 932) nihil ad rem pertinet, quoniam talem formam nunquam in nostri carminis assonantiis probantibus habemus atque ob eam rem cavendum est ne vindicemus poetae quod sit librarii. sunt autem eius modi *ir begrabent:ir habent* 502, *ir viengent:ir hîengent* 697. *ir sagent* 1026; *ir hânt* 1055; praeterea in codice Sudermanniano *ir bittent* 506, *ir sullent* 503. *ir wârent* 530. etc. etc. unam habemus assonantiam probantem eamque pugnantem contra has formas Alemannicas, *gesaget* (part): *ir klaget* 1056.

Sic aliam fortasse patriam Conradi de Heimesfürte quaerere debemus quam Alemannicum locum quem diximus: tamen facile fieri potuit, ut poeta quamvis natus in Alemannia maximam vitae partem remotus a patria viveret sermonemque patrium fere omnino exueret.

Sed haec ut ut sunt, duo velim teneamus: Conradum de Heimesfürte non eundem esse atque Conradum de Fuozesbrunnen, et assumptionem non facile esse carmen Alemannicum.

Iam de sermone qui est in assumptione et de Pfeifferi editione quae satis multis locis non tam elegantes versus exhibet quales Gothofredi imitatorem condidisse veri simile est, plura nunc dicere supersedemus, quoniam neutrum ad ipsam quam nos agimus quaestionem valde pertinere videtur.

Tertium carmen de quo nunc disputabimus est resurrectio. hoc carmen Pfeifferus in editionis p. 158 sq. quamvis scriptoris nomen non exhibeat, a Conrado de Heimesfürte conditum putat, quaeque ad probandam eam sententiam profert non contemnanda videntur. monet enim plures sermonis similitudines in utroque carmine inveniri:

in swachem werde resurr. 105. 65.	*glîch unserm swachen werde.* assumpt 852
körder resurr. 124. 25. assumpt. 846.	
daz rigel und slôz und porte brast resurr. 127. 16.	*ir slôz, ir porte, ir rigel brast* assumpt. 960.

his multa addi possunt vel magis probantia:

swes ir muotet daz geschiht resurr. 116. 66.	*ald swes ir muotet, daz geschiht* assumpt. 506.
ir jâmer bernden jâmer birt resurr. 116. 24. cf. id. 122. 47.	*dâ wünne bernde wünne birt* assumpt. 920.

ir swerende sêr mit sêre swirt resurr. 116. 23.	*swâ leit mit herzeleide swirt* assumpt. 164
dâ dehein sêr nâch vröiden swirt resurr. 122. 48.	*dâ jâmer, sêre unde klage ân ende niemer mê geswirt* assumpt. 1112 sq.
swaz ze noeten hoeret. unser ampt vröide stoeret resurr. 123. 64 sq.	*swaz ze vröiden hoeret, und niht daz vröide stoeret.* assumpt 417 sq.
der helle winkel er behert resurr. 125. 1.	*ir [der helle] winkel er beherte* assumpt. 966.
dâ noete niemer ende wirt resurr. 127. 19.	*dâ saelden niemer ende wirt* assumpt. 920.

Nec non in resurrectione inveniuntur quae auctorem suadeant Gothofredum. ex quibus haec elego

ir swerende sêr mit sêre swirt,
ir jâmer bernden jâmer birt 116. 23. sq.

und wehset vröide âne zal
vröide diu ân ende stêt
vröide diu nimmer zergêt
mit wê noch ach sô diu unser tuot:
diu vröide ist süeze unde guot,
diu vröide bernde vröide birt
dâ dehein sêr nach vröiden swirt. 122. 42. sqq.

und jâmer vil dèr ahte
jâmer dem sich enmahte
dehein jâmer gelîchen:
sie heten jaemerlîchen
umb ir lêre gewuofet 124. 46. sqq.

cf. etiam *dem smacke kan ich für wâr*
deheinen smac gelîchen.
smac also tugentrîchen
nieman vant noch envindet;
von dem smacke gar verswindet
swaz iemen sieches bringet dar. 126. 5. sqq.

Singula etiam ex Hartmanno hausta videntur, tamen eadem etiam sine Hartmanni exemplo in ressurectionem forsitan venerint. sunt autem haec:

in swachem werde man zôch al der werlde herren. 105. 65 sqq.	*deiswâr dâ was ein boeser man in vil swachem werde.* Iw. 38 sqq.

und irs niht wider mugel kumen 108. 73; idem versus est Iw 7667.

mir was ein hover michel dâ zen schultern ûz gebogen hals unt ahsel nider gezogen 110. 5 sqq.	*sîn rücke was im ûfgezogen hoveroht und ûz gebogen* Iw. 463. sq.

grisgramen unde limmen	*dâ vâhten mit grimme*
mit griulîchen stimmen	*mit griulîcher stimme*
111. 71. sq.	Iw. 409 sq.

Communes cum assumptione resurrectio habet praeterea plures assonantias amplificatas: *daz geschach : daz gesach* 195. 39; *solte haben: solte begraben* 112. 70; *niht verholn: niht verstoln* 113. 73; *iht gesehen : niht geschehen* 114. 25; *jaemerlîchen : jâmer gelîchen* 124. 48; deinde assonantias parum accuratas *nuo: zuo* 103. 31; 112 37: *duo* 105. 1. 16; *suon: tuon* 112. 53; 125. 17 *irretuom: Nîcodêmum* 110. 57; *lieht: nieht* 106. 22; 110. 22; 123. 59; 127. 30; tum multas assonantias tangentes *nam: vernam* 103. 61; *Romaere : maere* 104. 41; *wîse : bewîse* 104. 49; *geloubet : geloubet* 108. 52; *er: er.* 109. 46 (vide Lachm. ad Iw. p. 550) *treip: vertreib?* 110. 36; *verborn: geborn* 111. 53; *winkelsehen: sehen* 111. 69; *gewant: want* 114. 8; 120. 11; *ungelouplîch: gelîch* 114. 31; *boten: geboten* 118. 18: *waere: gewaere* 118. 28; *welt: erwelt* 119. 48; 123. 13: *gezogenlîche: werlîche* 120. 27; *vert: ervert* 121. 45; *erbermeclîchen: genaediclîchen* 121. 82; *enphangen: gevangen* 123. 37; *gelîchen : jaemerlîchen* 124. 48; *waete : waete* 126 70; *wirt: wirt* 127. 18; *alter: alter* 127. 84.

Pari modo in assumptione atque in resurrectione invenimus literam vocalem *i* assonantiae gratia debilitatam; *ich enmagen (mac in): getragen* assumpt 539; *geschriren: wiren (wir in)* ressur. 115. 40. ceterum in utroque assonantiae accuratissime sunt compositae nisi quod assumptio semel exhibet *stade: klage* 1111. et *erkôs: lôz* 1119. Versuum clausulas uterque carmen admittit non nullas quae non suaviter ad aures accidunt: *dáz tet ér* assumpt 97; *daz ér* 346. vide Lachm. ad. Iw. 4098. p. 475; *wáz ér* resurr. 109. 47; *dáz tet ích* 109. 74; *ob ér* 111. 74; *was é* 120. 22; *órthab íst* 123. 18.

Verba francogallica fere omnino desunt in utroque carmine praeter *párát* resurr. 121. 4; versus latinos pariter habent pariterque assonantias in fine carminum coacervatas; denique utrumque carmen ex evangelio apocrypho pendet: assumptio ex evangelio nescio quo Mariae, ressurrectio ex evangelio Nicodemi I et II vel quod idem est a gestis Pilati et a descensu Christi ad inferos.

Quae cum sint, iam non dubitamus resurrectionem Conrado de Heimesfürte vindicare qui assumptionem scriperit.

Resurrectio autem post assumptionem condita est: nam quum

in assumptionis initio scriptor se praedicet tironem (vide supra) artis poeticae expertem, queritur in resurrectionis primis versibus quod carmina sua ab aliis hominibus perperam mutata et corrupta sint:

wande nû bî disen zîten sint
die liute sô künstic
unt sô gnuoge überbrünstic,
daz niemen niht erdenken kan,
dane welle ir ieglîcher an
sîne kunst lâzen sehen
unt deheiner meisterschefte jehen,
ê sie geslahen ir valsch darzuo.
des entrûwe ich mich nuo
mit mînen sinnen niht bewarn:
ez ist mir ê widervarn. 103. 24 sqq.

propter eam rem a carminibus fingendis se recessisse atque ita factum esse, ut fere omnem poeticam artem omiserit:

umbe sô getânen haz
bin ich unwillic unde laz
iezuo gewesen lange vrist,
unz mir vil nâch entwichen ist
diu kunst mit der gewonheit. 103. 35. sqq.

Totus praeterea duorum carminum habitus probare videtur resurrectionem post assumptionem scriptam esse: nam in assumptione minus elegans est sermo nec faciles eunt versus, transitiones operosiores sunt quam suaviores nec subtiliter in orationem insertae digressiones. in resurrectione quaecunque huc pertinent poetam demonstrant in quo sit ars iam longius provecta et carminum condendorum bene exculta consuetudo; tum quae est in utroque carmine aliorum scriptorum imitatio, in resurrectione non tam rude neque ad verbum usque efficitur quam supra vidimus in assumptionis versibus 921 sqq; denique assonantiae ut *stade:klage; erkôs:lôz* iam non inveniuntur in resurrectione ut ea vitia tironis posuisse viedeatur poeta politior.

Videamus nun cuiatem resurrectionis scriptor se praebeat. ac primum quidem propter assonantias *u:uo, i:ie* quas supra vidimus Austriacum carmen resurrectionem esse facile putaverimus. idem monet forma *hêten:prophêten* 124. 45; 125. 13 quam in primis Austriacum vel Bajuvariorum esse satis constat. praeterea satis magnum numerum verborum et enuntiationum in resurrectione habemus quae eaedem potissimum apud Austriacos inveniuntur. pauco adscribo:

verphîen resurr. 106. 19. hucusque invenitum non videtur nisi in Seifrido Helbling v. mhd. wb. II. 496a.

widerwinne 111. 61. Nîth 57. 27; verba cum *wider-* composita a poetis Austriacis libenter adhiberi videntur, nam ex rarioribus habemus apud Nîthardum *widervehe* 54. 19; *widerdrieze* 57. 12; *widerraeze* 76. 24; similiter in resurrectione *sich widerhaben* 106. 66; *widertrîben* 117. 60; *widerkomen* 118. 73; *widerwehen* 123. 54.

ez ist unwende er muoz her 124. 2; cf. *ich minne in deist unwende* Nîth 28. 35; *ich hielte ez âne wende* id. 50. 11 vide Hauptii notam; *ez ist unwende ich müeze in aber vrâgen* Helbl. I. 547. VIII. 111, vide mhd. wb. III. 686b sq.

winkelsehen 111. 69. Nîth 36. 29.

über maht 118. 59; Stricker Karl 90a. (mhd. wb. III. 171b.)

gebletze 120. 80; inf. 101. 84; Nîth 42. 3; 74. 25.

dâ diu werlt mit umbe gêt 122. 1. 65 = Ulr. frauend. 420. 19. Non dubito quin plura eiusmodi inveniri possint, sed haec ad probandam nostram opinionem sufficere videntur resurrectionem carmen esse Austriacum. Quod in assumptione non tot vocabula mere Austriaca inveniuntur vel casu effectum esse id potest, vel fortasse propter aliam causam: nam supra vidimus locum quendam Heimesfurt inventum esse in Alemannia Raetica [Riess], carmen autem Conradi de Heimesfürte propter assonantias Austriacum esse maluimus. quid si quoniam resurrectio post assumptionem composita est, in resurrectione plures quam in assumptione vocabula Austriaca inveniuntur propterea quod poeta in Austriam profectus magis magisque sermonem regionis natalis posuerit, adoptaverit contra Austriacum? tamen huic opinioni multum tribui ne ipse quidem ego voluerim, quippe quam certis documentis probare nullo modo possim.

Sed utcunque haec res se habet, id velim teneri, assumptionem et resurrectionem ab eodem poeta Conrado de Heimesfürte compositas esse eumque seiungendum esse a Conrado de Fuozesbrunnen qui infantiam Christi scripserit.

Quum ita post ea quae hucusque disputavimus iam non necessarium sit infantiam cum resurrectione comparare, tamen eam rem aliquot verbis attingere volumus, ut videamus quaenam sint causae propter quas resurrectionem et infantiam ab uno

Conrado de Fuozesbrunnen compositas esse putaverint multi viri docti.

In his causis numerat Wackernagelius hist. lit. p. 160. not. 20 parium assonantiarum coacervationem quae est in fine utriusque carminis, et quod in infantia pariter atque in resurrectione poeta vel timeat vel vetet corruptionem carminis sui. recte hoc quidem invenit in resurrectione vir doctissimus. cf. versus 103. 24—39 quos supra laudavimus, sed locum infantiae 102. 57 sqq. male intellexisse videtur. nam posteaquam Conradus de Fuozesbrunnen questus est quod propter finem libri [latini] quem secutus erat ipse coactus sit carmini suo finem imponere, sic pergit:

swer sich nû daran richet
unt ez baz oder anders sprichet
und setzet sîniu spel darzuo,
des dunket mich, er missetuo.

Hi autem versus mea quidem sententia nihil agunt nisi ut moneant, ne quis quamvis iam non habeat auctorem rerum certum librum, plura tamen de infantia Christi narrét neve novas fabulas de suo addat. contra carminum igitur corruptores nihil hoc loco dictum video, ut ex hac re similitudinis quae intercedat inter infantiam et resurrectionem, nullum momentum hauriri posse putem. At certe multa communia habent sermo infantiae et resurrectionis vel ut *stöuten*: *dröuten* 106. 76, *dröun*: *stöun* 109. 5 inf. 98. 67 cf. Graff VI. 726 sqq.

der liute einen kreftegen magen 110. 64. *ein krefteger m. des volkes* inf. 78. 59. *daz lâz ich sîn mit guoten siten* 113. 12; *mit jaemerlichen siten* 127. 63. *beweget iuchs mit senften siten* inf. 85. 61. *êren unde richeit* 114. 45 = inf. 94. 9.

waz touc ez allez gezelt? 116. 59. *waz tohte ez allez bereit und besunder geseit?* inf. 94. 75.

der zeichen alsô manecvalt 116. 48; *mit wundern alsô m.* inf. 95. 10. *der wirt schuof im selbe dô sîn sedel* 119. 12; *der wirt schuof sedel ûf daz gras* inf. 88. 45.

ez stuont unlange darnâch 121. 55; *nu stuont daz unlange vrist* inf. 69. 46. cf. *nu stuont ez unz an die vrist* id. 80. 67.

in kurzen stunden 117. 54 = inf. 93. 8.

diu starken maere 120. 74; *von disen starken maeren* inf. 90. 44.

diu gewissen maere 124. 61; 127. 73 = inf. 97. 2.

wer der gebietaere sô gewaltiger waere? 121. 24; *wer dirre schâchaere sô saeliger waere* etc. inf. 96. 50.

schiere dô bezzerte sich mîn dinc ze guoter mâze 125. 77; *sich bezzerte vaste ir dinc aller tegelîch* inf. 94. 24.
daz was gegen uns ûf getân und wurdn wir schône în verlân 127. 36; *nu wart diu tür ûfgetân unt jene mit vröiden in verlân* inf. 83. 23 cf. supr. — *der iu die wârheit în stiez* 128. 7. *der dir lebendegen geist în stiez* inf. 98. 45 cf. etiam resurr. 121. 25 sqq.

His addi possit in utroque carmine esse versus latinos, in utroque assonantias *u*:*uo* etc.; utrumque denique sequi evangelium apocryphum.

Tamen infantiam et resurrectionem ab eodem poeta scriptas esse omnino negamus, nam plus valere videntur causae propter quas supra Conradum de Fuozesbrunnen a Conrado de Heimesfürte seiunximus et ab eodem Conrado de Heimesfürte etiam resurrectionem conditam esse putavimus. accedit quod verba Conradi de Fuozesbrunnen 68. 1 sqq.

wand ich ie wante mînen sin
ze der werlde lône und niht nâch got

et id. 23 sqq. *daz ich von sîner kintheit*
alsô gesprechen müeze,
swâ mich der werlde süeze
ûf ander rede geschündet hât,
daz der mit dirre werde rât.

plane inepte dicta esse videntur ab eo qui iam duo carmina ad res divinas pertinentia composuerit. nam e versibus quos modo laudavi luculenter concludere possumus infantiam esse primum carmen quod Conradus post vitam profanis curis deditam et post carmina aulica condiderit. neque vero post infantiam assumptio et resurrectio scriptae esse possent si trium auctorem fingeremus Conradum de Fuozesbrunnen: nam de assumptione quidem hoc constat id quod iam vidit Wackernagelius hist. lit. p. 162 not. 51; atque ob eam rem de resurrectione possumus idem praedicare: nam quum assumptio multo magis cum resurrectione quam cum infantia congruat, necesse est resurrectio propior sit, quod pertinet ad tempus, ab assumptione quam ab infantia et infantiam in medio loco inter assumptionem et resurrectionem ponere non possumus. Quae quum ita sint quum hic trium carminum ordo qui si tria carmina a Conrado composita esse fingamus unus potest cogitari, propter versus infantiae quos modo laudavi idem cogitari non possit, nihil reliquum est nisi ut de Wackernagelii opinione omnino recedamus probemusque ea quae supra demonstrare studui.

Similitudines autem quas inter infantiam et resurrectionem intercedere permultas invenimus nihil iam valent nisi ut quoniam est infantia carmen Austriacum, resurrectionem quoque carmen esse Austriacum etiam magis probent.

VITA.

Karolus Ioannes Albertus Gombert patre Karolo matre Clara e gente Flügge natus sum d. XXI mens. sept. a. h. s. XXXIX in Goeritz quod prope abest a Primislavia urbe.

Fidei addictus sum evangelicae.

Primis litteris imbutus gymnasium Primislaviense adii quod floret Karolo Meinicke rectore. post novem annos et dimidium maturitatis testimonio munitus a. LVII mense octobri Halas me contuli et ab ill. Moll rectore magnifico in numerum civium academicorum receptus apud ill. Leo amplissimi philosophorum ordinis decanum nomen professus sum. scholis per quatuor semestria interfui virorum ill. ill. cel. cel. Bergk Bernhardy Boehlau Haym Heidenhain Pott Schaller Zacher.

Mense octobri a. LIX Berolinum profectus ab ill. Boeckh rectore magnifico inter cives academicos receptus sum et ill. Trendelenburg philosophorum ordinis decanus nomen meum inter philosophiae studiosos adscripsit. Berolini per quatuor semestria audivi viros ill. ill. cel. cel. A. Benary Boeckh Haupt Köpke Mannhardt Müllenhoff Steinthal Trendelenburg. Quibus viris omnibus optime de me meritis gratias ago maximas et habebo in posterum tempus.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

I.

Rudolfus Montfortensis in recensu poetarum tempora quibus vixerint recte constituit.

II.

In resurrect. p. 110. 36 sq. Hahn legendum esse videtur

unt er die speichel zetreip
unt im daz hor in dougen reip.

III.

Prima carminis Wessofontani pars a Müllenhoffio in metrum quod vocant liođahâttr redacta egregie restituta est.